



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Nocturn[us] ferialis cum suis an. Sermo beati Leonis pape

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

atq; idem filius dei permane
ret nostra augendo non pro
pria quia infirmitas erat pro
uehenda non virtus: vt cum
suo creatori creatura esset vni
ta: nihil assumpto diuinum:
nihil assumpti deest; huma
num. Tu autē dñe. **R.** Dixe
runt impij apud se non recte co
gitantes circumuentamus iu
stum quoniam contrarius ē ope
ribus nostris promittit se sci
entiam dei habere filium dei
se nominat et gloriatur patres
se habere deum. **V**ideam⁹ si
sermones illius veri sint: et si
est verus filius dei: liberet eū
de manibus nostris: morte tur
pissima condemnemus eum.
R. Chiri impij dixerunt oppri
mamus virum iustum iniuste
et de spolijs eius sortem mitta
mus. **V**ideamus: **R**epetit
R loco Gloria patri. **A**d lau
des añ **V**ide domine ser⁹ con
sidera quoniam tribulor velo
citer exaudi me. **psalmi feria**
les. añ. Discerne causam me
am domine ab homine iniq; et
dolofo eripe me. añ **D**um tri
bularer clamaui ad dominuz
de vetre inferi et exaudiuit me
Añ. Domine vim patior re
spōde pro me qui nescio quid
dicam inimicis meis. añ **D**i
xerunt impij opprimamus vi
rum iustum quoniam contra
rius est operibus nr̄is. **Hym**

nus et ꝑ. vt supra: Capitula.
Domine deus sabaoth qui
iudicas iuste et probas renes
et corda videam vltionē tuaz
ex eis: tibi enī reuelauit causaz
meam domine deus **Deo g.**
Super benedict⁹ añ. Nemo
collit a me animā meam: sed
ego ponam eam: et iterū sumo
Omnipotēs **Collecta** eam
sempiternē deus da nobis ita
dominice passionis sacramē
ta peragere: vt indulgentiam
percipere mereamur **P**er eun
dem dominum. **Sup psalm.**
Qua nos misericordia deus
et ab omni surreptione venusta
tis expurget: et capaces sancte
nouitatis efficiat **Sup mag.**
añ. Quotidie apud vos era
in templo docens et nō me re
nuistis: et ecce flagellatum du
citis ad crucifigendum. **fe**
ria quarta Inuitato. Quib⁹
iuravi in ira mea. Si introi
bunt in requiem meam. **psal.**
Venite sine gloria. **P**ora
ultimus versus sinem habet
ibi Inira mea Hocum⁹ feri
alis cum suis añ. Sermo bea
ti Leonis pape Lectio pma
A Xigit fides dilectissimi
vt partez sermonis. quā
de domini passione promiss⁹
mus eodem vobis auxiliante
reddamus: in quo nos oratio
nibus vestris non ambigim⁹
adiuari. **A**d cōmune enī per

tinet luctum si potueritis me
 habere deuotū quia vestre im-
 penditur edificationi quicquid
 nostre facultati tribuitur. **R.**
Uiri impij dixerūt opprima-
 mus virum iustū iniuste ⁊ de-
 glutiamus eū tanq̄ inferi vi-
 uum: auferamus memoriā il-
 lius de terra ⁊ de spolijs eius
 sortem mittamus inter nos.
 Ipse em̄ homicide thesauriza-
 uerunt sibi malum insipientes
 ⁊ maligni oderūt sapientiam
 Et regi facti sūt in cogitatio-
 nibus suis. **R.** Dixerunt impij
 apud se ne recte cogitātes cir-
 cumueniamus iustum quoniam
 am contrarius est operib⁹ no-
 stris. Et regi. **Lectio secūda.**
Post illud ergo impiū iu-
 de detestandumq̄ commerci-
 um quo ab eo iudeis perseqn-
 tibus mundi redemptor ē tra-
 ditus post illas sacrilegas il-
 lusiones inter quas vsq̄ ad lo-
 cum pene eius mansuetudo p-
 ducta est: crucifixi cuz eo sunt
 statuti vtrinq̄ patibul⁹ la-
 trones duo quorum vnus ad-
 id temporis par similisq̄ con-
 fortis insidiator viarum ⁊ sa-
 luti hominū semp̄ infestus vs-
 q̄ ad crucez reus sit christi re-
 pēte confessor: ⁊ int̄ illos acer-
 bissimos corp⁹ animiq̄ cru-
 ciatus quos simul et instātia
 ⁊ difficultas mortis augebat
 mira conuersione mutat⁹ me-

mento inquit mei domine dñi
 veneris in regnum tuū **L. R.**
Contumelias et terrores pas-
 sus sum ab eis qui erant paci-
 fici mei ⁊ custodientes latus
 meum: dicentes decipiamus
 eum ⁊ preualeamus illi: sed tu
 dñe mecum es tanq̄ bellator
 fortis. Cadant in obprobriū
 sempiternū ⁊ videam vindic-
 tā in eis qz tibi reuelauī cau-
 sam meam. **R.** Omnes inimi-
 ci mei aduersum me cogita-
 bant mala mihi verbum ini-
 quum mandauerūt aduersus
 me. Cadant in. **Lectio tertia.**
Que istum exhortatio sump-
 sit: que doctrina imbuit: quis
 predicator accendit non vide-
 bat prius acta miracula ces-
 sauerat tunc languentiū cura-
 tio: cecorum illuminatio: viuif-
 icatio mortuoz: ea ip̄a q̄ mor-
 erant gerenda non aderant ⁊
 tamen dñm confitetur ⁊ reges
 quem vidit supplicij sui esse cō-
 sortem. **R.** Ingressus pylat⁹
 cum iesu in pretorium tūc ait
 illi: tu es rex iudeorum: respon-
 dit tu dicis qz rex sum. exiit
 ergo iesus de pretorio portās
 coronam et vestem purpureā
 Et cum indutus fuisset excla-
 mauerūt omnes crucifigatur
 quia filiū dei se fecit. **R.** Tūc
 ait illis pylatus: regem vestrū
 crucifigam: responderūt reges
 non habemus nisi cesarem. Et

Repetitur **R. loco** Gloria' p' :
Ad laudes an. Libera me d
sanguinibus deus meus et ex
altabit lingua mea iusticiam
tuam. **ps ferialis. an.** Con-
tumelias et terrores passus su
ab eis et dominus mecum est
tanquam bellator fortis. **an.** Ipi
vero inuanu querierunt anima
meam introibunt in inferiora
terre. **an.** Omnes inimici mei
audierunt malum meum dñe:
letati sunt quoniam tu fecisti. **An.**
Alliga domine in vinculis na-
tiones gentium: et reges eorum
in compedibus. **Capitulum.**
Sicut ovis ad occisionem du-
citur: et quasi agnus coram con-
dente se obmutescet sic non ape-
riet os suum Deo gratias. **Super**
bened an. Consilium fecerunt
inimici mei dicentes contra-
mus eum de terra viventium
Presta quesumus **Collecta**
omnipotens deus: ut qui nostris ex-
cessibus incessanter affligimur
per virginitatem tuam passionem li-
beremur. **Qui.** **Sup populum**
Respice quesumus domine super
hanc familiam tuam pro qua dominus
noster iesus christus non dubi-
tauit manibus tradi nocentium
et crucis subire tormentum. **Le-**
tera sicut hucusque. Similiter
ad horas. Ad vesperas anti.
Recordare mei domine tuere me
ab his qui persequuntur me.
ps ferialis. an. Infirmata est vir-

tus mea in manibus inimico-
rum meorum. **an.** Quia ego
tecum sum de manu pessimo-
rum liberabo te dicit dominus
An. Non sis mihi tu formi-
dinis spes mea in die afflicti-
onis mee. **an.** Potestates ha-
beo ponendi animam in eam et
iterum sumendi eam. **Capitulum.**
Sicut ovis. **R.** Ingressus
pylatus sine gloria. **loco eius**
repetitur R. Hymnus **Uer-**
illa. V. Eripe me. Sup mag.
an. Factus iesus in agonia p-
litius orabat: et factus est sudor
eius sicut gutte sanguinis de-
currentis in terram. **Ammo-**
do nec preces nec suffragi. di-
cuntur. Collecta. Respice quoniam
sumus domine **ve sup.** Bene-
dicamus domino. non plura
Ad completorium omnia sic huc
vsqz pretermisiss genustioe
et psal. Miserere. In cena do-
mini et sequentibus duobus di-
ebus in matutinis non dicit
psalmus Domine ne in furore nec
Domine labia nec Deus in adiu-
torium: nec Inuita. nec Iube:
nec Tu autem: nec Hec dicit dominus
nec Hierusalem hiet: nec Hym-
nus nec cap. nec Gloria p. ad ps
nec ad R. nec Dominus vobiscum:
nec Oremus ad col: nec con-
clusio: nec Benedicamus domino
ad horas **Sz quasi ex obrup-**
to inchoat. an. Felus domus
tue comedit me: et obprobria

reprobrantiū tibi ceciderunt
 super me. **ps.** Saluū me fac.
Ant. Gloria pa. **Ant.** Auer-
 tantur retrorsum et erubescant
 qui cogitant mihi mala. **ps.**
 Deus in adiutorium meum i-
 tende. **Ant.** Deus meus e-
 ripe me de manu peccatoris.
ps. In te dñe spera. **v.** Exur-
 ge dñe et iudica cām meam.
 Demor esto improperorum
 eorum que ab insipientes sunt
Quora die. **Lco. 1. Aleph**
 Quomodo sedet sola ci-
 uitas plena populo Facta est
 quasi vidua domina gentium
 princeps prouinciariū facta ē
 sub tributo. **Bar.** Plorans
 plorauit in nocte: et lachryme
 eius in maxillis eius. Non ē
 qui cōsoletur eā ex omibz eha-
 ris eius. Om̄s amici ei⁹ spre-
 uerunt eaz et facti sūt ei inimi-
 ci. **Symel.** Digrauit iuda
 ppter afflictionem et multitu-
 dinē seruiturū. Habitauit inf-
 gentes nec inuenit requiem.
 Omnes persecutores eius ap-
 prehenderūt eā inter angusti-
 as. **Rafozin.** In monte oli-
 ueri orauit ad patrem pater si
 fieri potest transeat a me calix
 iste: spiritus quidem promp-
 tus est caro autē infirma Fiat
 voluntas tua. **v.** Uerumta-
 men non sicut ego volo sed si-
 cur tu vis pater Fiat vo. **L. ij**
Uie syon lugent eo **Deleceb.**

q nō sūt q̄ ueniāt ad solēitas
 tem. Om̄es porte eius destru-
 cre sacerdotes eius gementes
 Virgines eius squalide. et ip-
 sa oppressa amaritudine. **He**
 Facti sūt hostes eius in capis-
 te: et inimici eius locupletati
 sunt quia dominus locutus ē
 super eam propter multitudi-
 nem iniquitatum eius. Par-
 uuli eius ducti sūt in capti-
 uitatem ante faciem tribulan-
 tis. **Clau.** Et egressus est a
 filia syon omnis decore eius.
 Facti sūt principes eius ve-
 lut arietes nō inuenientes pas-
 scua et abierunt absqz fortitu-
 dine ante faciem subsequentiū
Respo. Tristis est anima
 mea vsqz ad mortem: sustine
 te hic et uigilate mecum: nunc
 uidebitis turbam que circun-
 dabit me Uos fugam capies-
 tis et ego uado immolari pro
 uobis. **v.** Uigilate et orate
 dicit dominus Uos fugam:
Recor **Lectio tertia Ray:**
 data est hierusalem dieruz af-
 flictiōis sue et preuarcatiōis
 omnium desiderabilium suos-
 rum que habuerat a dieb⁹ au-
 tiquis cum caderet populus
 eius in manu hostili et non es-
 set auxilior. Uiderunt eam
 hostes: et deriserunt sabbara
 eius. **Bar.** Peccatum pec-
 cauit hierusalem: propterea
 instabilis facta est. Omnes
 q̄ iij